

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

**Schulte, Aloys**

**Straßburg, 1898**

1288

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](#)

profanis sacerdotibus audiverunt, interdictum domini legati<sup>1</sup> temere violantes et alia, quae non oportet declarari, presentibus superaddentes, universitatem vestram requiro<sup>a</sup> districte prohibens et injungens, quatenus nulli fratrum vestrorum detis licenciam predictos terminos visitandi sine causa rationabili et manifesta, premissa deliberatione cum sex fratribus conventuum vestrorum ad hoc convocatorum, quorum conscientias in hoc onero, quod tunc demum licenciam dari suadeant, cum vere utilitatem et necessitatem hoc expetere noverint evidentem. illos autem, qui de Argentina nati sunt, moneo, quod locis suis contenti sint et civitati non appropinquent nec personas evocent ac a missione nunciorum abstineant et eciam litterarum, ne me oporteat circa ipsos aliud ordinare. valete. datum Wormacie.

*B aus Berlin. Bibl. Ms. theol. lat. oct. nr. 109 fol. 151<sup>b</sup>. Am Rande von gleicher Hand vermerkt: ammonitio ne fratres absolvant audientes divina in Argentina.  
Gedruckt darnach bei Finke Dominikanerbriefe S. 120 nr. 97.*

272 [Der Provinzial] der Dominikaner ermahnt die Schwestern des St. Agnes-<sup>15</sup>  
klosters in Straßburg, sich ihres bedrängten Caplans anzunehmen. [1288 Winter]  
Colmar.

Priorisse et sororibus sancte Agnetis in Argentina. veniens ad[me] capellanus  
vester querebatur, quod insolitas molestias pateretur. nam quidam religiosi ipsum  
sibi ut dicit vendicare conantur, tamquam ipsorum ordinem temerarie dimiserit ali-<sup>20</sup>  
quando. in hoc casu cum foris pugnas intus timores indebite paciatur, petivit sibi  
misericorditer provideri. super hoc cum patris audiveritis sentenciam, carissime,  
vestram conscientiam dirigatis. dico ergo, quod tales religiosi regulam juris non  
debent offendere, quia nemo potest in causa propria judex esse. unde frustra injec-<sup>25</sup>  
tionem manuum comminantur, quia vigor judiciorum idcirco in medio positus est,  
ut nemo sibi permittere audeat ultiōem. et si secus fit, super emunitate loci vestri  
et personarum late sententie non dormitant. scriptum est:<sup>2</sup> servus sciente domino  
et non contradicente ad ordines accesserit, ipsius repetilio nulla erit, quinquen-<sup>30</sup>  
nium etiam sub dissimulatione transcursum, questionem non patitur libertatis. ad  
hoc cum secundum canones preceptum si<sup>i</sup>, quod religiosi singulis annis suos re-<sup>35</sup>  
quirant apostatas et ejectos, quid juris sibi fingunt, qui annis 14 siluerunt et homi-  
nem pro derelicto habuerunt, ut sit jam usucaptionis in re mobili triplicatum? porro  
cum apostasia sit temerarius a religione discessus, non videtur apostatare, qui reli-  
gionem religione voluit commutare. et si dixerint, quod ad laxiorem vitam migra-

a) folgt durchstrichen presentibus.

35

<sup>1</sup> Das vom päpstlichen Legaten Johannes Ende Mai 1287 verhängte Interdict über Straßburg  
Vergl. UB. II S. 70 ff.

<sup>2</sup> C. 20 Del. 54.